



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 208. Joannes Chapeauvilleus mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

non Romanam censuram contra librum Sæc. XVII.  
 suum provocabat, minus recte de fide A. C. 1617.

Catholica sentire, a multis creditus:  
 econtrario alii ipsum tanquam *Catho-  
 licæ fidei tenacissimum, & Ecclesiæ Roma-  
 næ religiosissimum fuisse cultorem depræ-  
 dicant, hanc in rem adducto ejus testa-  
 mento, in quo ejus fidei professio con-  
 tinetur. Minus æquo tamen calamo  
 in eum vel potius in morituro Thuani  
 Confessarium Brietius Jesuita invehit  
 tur his verbis: *qui Thuano Sacramenta  
 impertiit Parochus S. Andreae de Arcubus,  
 eumque Sacra Sepultura donavit, aut ejus  
 scripta nunquam legerat, aut dicendus fuit  
 in Ecclesiæ defendendis juribus prævarica-  
 tor, qui huic morituro non injunxerit pu-  
 blicam, solemnemque palinodiam.**

## §. CCVIII.

*Joannes Chapeauville mortuus.*

Sequentis Mensis die decima Junii de- Mircæus  
 cessit Joannes Chapeauville, Ebu- Script.  
 ri natus, qui eruditionis vastæ, & ju- Sæc. XVII.  
 dicii admodum limati Vir, non modo Andr. bibl.  
 patriam suam Historicis lucubrationi- Belg.  
 bus illustrabat, sed etiam ad Ecclesiæ  
 utilitatem doctissima vulgabat opuscula;  
 cum enim Lovanii Doctoratus laurea,  
 nec

Sæc. XVII. necnon Leodiensi Canonicatu decora-  
A. C. 1617. tus, meritorum suffragio Archidiaconi  
 officio fungeretur, & postea Leodiensis  
 Episcopi Vicarius Generalis crearetur,  
 tres tomos de Historia Leodensium,  
 Tungrensium, & Trajectinorum Præ-  
 fulum conscripsit: Edidit quoque tra-  
 ctatum *de casibus reservatis* in usum præ-  
 fertim Ecclesiarum Belgicarum, nec-  
 non *elucidationem scholasticam Catechismi*  
*Romani*, præter *summam* ejusdem Ca-  
 techismi *pro ordinandis*. Præterea pu-  
 blici juris fecit *vitam & miracula S. Per-*  
*petui Episcopi Trajectensis*, & tractatum  
*de necessitate & modo administrandi Sacra-*  
*menta tempore pestis*. Celebratur præ-  
 cipue ejus dissertatio *de prima & vera*  
*origine festivitatis SS. Corporis & San-*  
*guinis Domini*.

## §. CCIX.

*Quidam Societatis Scriptores hoc  
 anno defuncti.*

*Miræus l. c.*  
*Alegamb.*  
*Script. Soc.*  
*pag. 255.*

Hunc item annum sibi exitialem ha-  
 buere quidam Societatis Scripto-  
 res, quos inter celebrior est Franciscus  
 Suarez natione Hispanus, patria Gra-  
 natensis, quem mediocri ingenio prædi-  
 tum, ac suis condiscipulis inferiorem  
 subito ad *Superioris sui vocem scientiarum*  
 luce